



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Maritus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

rit sponsalia cum aliqua, & postea matrimonium cum altera, parochus non deberet adesse celebrationi secundi matrimonii, nisi prius declaratur per Episcopum, prima sponsalia esse dissoluta, Navar. *confi. 8. de sponsal.*

Agessimoprimum, si matrimonium contrahatur coram parochio, & testibus, non adhibitis aliis solennitatibus, nempe tribus denuntiationibus & licentia Episcopi, tenet matrimonium, sed tam parochus ipse, quam testes possunt castigari. Navar. *confi. 3. de secund. nupt.*

M A R I T U S.

PRimum, Maritus, qui ante matrimonium promiserat facere renunciare uxorem, non tenetur, posteaquam eam duxerit in domum suam, Boet. *decisio. 3. nu. 16.* secus si hoc juraverat adimplere, quia obstat exceptio iuramenti, *capitulo 3. de pact. & capitulo secundo, de iure iuran. & Dyn. in cap. non est obligatorium de reg. iur. libro 6.* Quid si pactum fuerit iuramento vallatum, vel quid si filia iurasset patri de non petendo hereditatem, sed esse contentam dote, an teneatur servare dictum pactum, & quid de heredibus ipsius filiae iurantis, an teneatur stare dicto pacto, & iuramento, ex vi pacti, an ex vi iuramenti. Vide text. *Glossam & Gemin. in capit. quamvis. de pact. lib. 6.*

Secundò, si nullam habuerit dotem maritus, an, & quando teneatur alere uxorem durante litigio, vel extra domum, si inde aufugerit causa sævitiæ viri: & aliqua quamplurima de hac ma-

teria, vide Guid. Pap. *q. 439.* & Innoc. *de c. per vestras. de donat. inter vir. & ux. & ubi etiam tenet, quod nulla habita dote, maritus teneatur alere uxorem, Bal. in Marg. Innoc. in ver. maritus, q. 1.* Navar. *in confi. 50. nu. 3.* videtur dicere, quod maritus cui fuit promissa dos, & non soluta, non tenetur ducere uxorem, donec ei illa solvatur, imò & acceptatam potest expellere, per *c. per vestras, de donat. inter vir. & uxor. & ibi Panor. nu. 4.*

Tertiò, an & quando uxor teneatur sequi virum, vide Sylvest. *in ver. uxor.* & quando possit eam verberare, vide *ibidem, & Navar. capitulo decimoquarto. nu. decimonono, notab. 2. & 3.* quando maritus præsumatur mortuus, uxore volente transire ad secunda vota, vide *c. in presentia. & ibi. Scribentes, de sponsal. c. cum per bellicam. 34. quæst. 1.* Tabien. *in ver. impedimentum, 10.* Navar. *c. 22. n. 55.* Iser. *in n. sib. feud. in capitulo quo tempore miles numer. 6.*

M E T R O P O L I T A N A E C C L E S I A.

Ecclesia Metropolitana non dicitur Cathedralis, vel Matrix, respectu totius provinciæ, sed solum respectu suæ diocesis, cuius respectu singulari dicuntur Cathedrales, Abb. *in Clem. 1. n. 8. de sent. excom.*

M I S S A.

S U M M A R I U M.

1 Ubi, quando, & de quo Sancto debeat celebrari.

2 Quo